



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicæ Sive Ivs Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1705

Titulus XXV. XXVI. & XXVII. De Officio Primicerii, Sacristæ & Custodis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62620](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62620)

pali , sed solum in minoribus & pleba-
niis , c. fin. cit. ibi , *Per minores Titulos*.

6. Major difficultas est de iurisdictione: non quidem interni five Conscientiae fori ; hanc enim non minus , quam parochis aliquique curatis subjectis ipsi competere , omnes facile concedunt. Sed externi ; nam etiam hanc cum Gloffa in e. cit. V. Referant. ipsi adstruunt , Lai- man Tract. de Jurisdictione . n. 145. & Pir- rhing ad hanc Rubr. n. 11. quod sit vica- riuss Episcopi ad clerum ac populum gu- bernandum foris constitutus , & propterea Clement. 2. juncta Glofss V. Foraneo de Rescript. appelletur Vicarius Foraneus: cui jurisdictionem competere Tit. 28. à n. 38. dicemus.

Sed verius , hujusmodi five propriè dictam Fori externi jurisdictionem Jure ipsi sine commissione competere , cum Zaba- rell. in Clement. 1. de Prabend. q. 2. & 7. negant Barbosa cit. cap. 6. n. 33. & 36. & Engel ad hanc Rubr. n. 2. quod , licet minora quædam & leviora sine figura ju- dicia , aut cum ista quidem , sed ex Epi-

scopi jussione five delegatione , & secundum ipsums ordinationem determinante Decanatus sui clericos officii sui admittere valeat , tamen non solum excommunicationis aut alterius censura sententiam ferre ac promulgare , & de matrimonialibus aliisque causis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus cognoscere sed minores etiam lites & controversias inter Decanatus sui clericos aut alios con- ortas judicialiter definire , aut monit inobedientes aut aliter delinquentes clero- cos penas coercere non possit; id justa c. fin. cit. ad Episcopum refert , si eoque ordinata equi teneatur , sicut cit. nota Panormit. n. 1. in fin. & Rota decifum , refert cit. Barth. à u. &c.

Dixi de Jure ; quia non tantum ei delegatione & privilegio , sed condicione etiam iurisdictione ipsi in foro exter- erno competere potest , arg. o. Dilect. 4. de Arbitr. & c. Cum in Ecclesiarum de Officio Ordin. ubi eam plebanus con- nuit ; hujusmodi Jure speciali , ut alio nota: Barbosa n. 3.



TITULUS XXV. VI. & VII.

De Officio Primicerii , Sacristæ & Custodis.

S U M M A R I U M.

1. Nominis Primicerii etymon;
2. Et officium.
3. Dignitatem quidem obtinet;
4. Sed sine jurisdictione.
5. Derivatio & notatio nominis Sa- cristæ

6. Eiusque officium;
7. Quod hodie Officium & alicubi Di- gnitas est.
8. Custos de Jure Sacristæ minister;
9. De consuetudine idem cum officiis;
10. Et alicubi obtinet Dignitatem.

Primi-

1. **P**rimicerius sive, ut Tholosan. *Synag.* lib. 15. cap. 22. n. 6. eruditè notat, primus in cera vel certis tabulis aut albo descriptus, in genere dicitur primus cuiusque Ordinis vel Officii, Alciatus in *Rubric.* C. de *Primicer.* sic enim Primicerius Fabricæ aut Fabricensium Domesticorum, menatum, l. *Primicerius 2. C. de Fabric.* & l. 1. C. de *Mensor.* Primicerius Scholarum, Decanorum, l. *Hac lege 2. C. de Privileg. Scholast.* & l. 1. C. *De Decanis.* sic Primicerium Apostolorum, istorum Principem S. Petrum, Baldericus in *Histor. Hierosol.* & S. Stephanum eodem sensu, quod nos Protomartyrem, Martyrum Primicerium vocat S. Augustinus *Serm. 21. De Temp.* Is vero, qui in ordine secundus, tertius &c. Secundicerius, Tertiocerus & sic deinceps vocatur, *Rubr. C. de Primicer.* Pancirola Lib. 2. var. cap. 87.
2. In proposita nobis Rubrica Primicerii nomine venit Cantor sive, qui praeficit choro psallentium & schola Cantorum, can. 1. §. *Ad Primicerium dif. 25.* & in quibusdam Ecclesiis Praeceptor: qui verò eius absentia aut impediti vices gerit, Succendor solet appellari, Laiman in c. *Unic.* §. *Adverte.* Cujus officii introducendi ratus fuit; quod à primis Ecclesiis temporibus, tam in missa quam Horis Canonicas, psalmodia & cantus adhibitus fuerit: utque eō Divinæ laudes ordinante & decenter cantarentur, in Ecclesiis Cathedralibus & Regularibus instituta fuerit schola Cantorum: & huic praefectus aliquis, cuius studiò & industriâ diaconi & alii clerci, ad cantum & Chorum destinati, sacros libros legendi, psalmos aliasque Divinas laudes de cantandi ordinem modumque addiscent, §. & c. *citt. Panormit.* ibi in fine & Barbosa de *Canon.* & *Dignit.* cap. 9. n. 6.
- Porro, Primiceriatum sive Canticum vel, ut etiam vocatur, Praecentoriam de Jure non beneficium simplex, sed dignitatem esse, ex c. *Cum accessissent 8. de Constitut.* c. *Cum olim 6. de Consuet.* & eo defumitur; quod sit præminentia conjuncta cum administracione; cum Primicerius ratione officii sui in Choro & omni confessu Canonicorum, in suffragiis ferendis locum & ordinem honorificum obtineat, Azor p. 2. *Instit.* lib. 3. cap. 16. q. 3. & in Processionibus, sicut qui in dignitate constituti sunt, Pluviali, non ut Canonicus Planetæ, induitus incedat, ut S. Congreg. Rituum censu apud cit. Barbosam n. 8.
- Jurisdictionem autem & animarum curam de Jure non habet; cum praepucium ejus officium sit, diaconos & reliquos clericos ad chororum deputatos Sacrarum scripturarum lectionem, psalmodynam & reliquum cantum docere, lectiones ad Matutinum &c. distribuere & similia: & licet ei etiam incumbat cura, ut inter clericos suæ curæ commissarios disciplina observetur, hoc tamen fiat directione & correctione omnino extra-judiciali &, quos ita emendare non vallet, excessus, ad Episcopum vel Archidiaconum, sub quo est, c. *Unic.* cit. debeat referre §. *Ad Primicerium cit.* Barbosa cit. n. 6. *De Jure inquam,* intellige *Communi,* quia speciali Jure ejus autoritas minor & potestas major, & pro Ecclesiariis diversitate diversa esse potest.
- Sacræ nomine hic venit, qui olim Sacellanus à paruo facco, in quo Ecclesiasticas pecunias secum ferebat, Azor p. 2. *Instit.* lib. 3. cap. 16. q. 5. in aliquibus Ecclesiis Thesaurarius, c. *Cum olim 32. pr. de Officio delegati* & c. *Cum nostris 6. de Concess. Prab.* & à Justiniano Imp. Cimeliarcha vocatur l. & §. fin. C. de bonis auth. jud. possid, sicut enim

3.

4.

5.

CCCC 2 locus,

- locus, in quo vasa & vestes sacræ ceteraque ad ministerium Ecclesiasticum deputata supplex reponitur & aſervatur, *Sacramentum. I. Sacra p. §. 2. ff. de Rer. diversis. ita, qui facri ejus thefauri curam & custodiā habet, Sacrifa appellatur, Tholos. Syntag. lib. 15. cap. 39. n. 3. & Gonzalez in c. Unic. hic n. 1.*
6. Quare Sacrifa & Thesaurarii in Ecclesia idem, & juxta can. I. pr. V. *Ad Thesaurarium. dist. 25. & c. Unic. hic. utriusque munus est, calices, patenas, thuribula, candelabra aliaque ejusmodi instrumenta ornamentaque & vestimenta Ecclesiastica, totumque Ecclesiae Thesaurum custodire, & qua ad luminaria, ministeria, ornatum & thesaurum Ecclesiae pertinent, curare & ordinare, V. & c. Unic. cit.*
7. Etsi verò propter ejusmodi custodiā curamque Sacrifa olim nullam dignitatem: imò; quòd ejus administratio vi institutionis sua perpetua non fuerit, nec beneficium propriè dictum, sed solummodo officium in Ecclesia habuerit, *Ut cit. Tholos. & Gonzalez uterque n. 1. observant: postea tamen introducta & multarum Ecclesiarum Cathedralium statutis firmata consuetudine Sacrifa officium inter Beneficia & Dignitates Ecclesiasticas relatum fuit, Panormit, in c. De multa 28. de Prabend. n. 23. Azor cit. cap. 16. q. 6. & aliis DD. Rotæque decisionibus relatis Barbola de Canon. & Dignit. cap. 8. n. 11. in aliis palli Sacrifa five Thesaurarius & Custodus idemque, & utriusque erit officium potiori ejus parte in adiutorum translatâ, unum idemque evaluisse, cum Hostiensis in Summa de Officio Sacrae Azor p. 2. Inſtit. lib. 3. cap. 16. q. 1. & Laiman in c. 1. cit. defluminat ex fin. Verbis, *Ut nulla negligencia in sacra Dei Ecclesia videatur, bi tres diaconus, Archipresbyter & Cufos simul juncti provide peragant: ubi, Sacrifa appellatione Custodis comprehendunt prius, quam omnino pratermissus, detur.**
8. Sicut Sacrifa & Primicerius, et, *Unicio de Offic. Primic. & Sacrifa. & ipse etiam Archipresbyter, can. I. V. Archi-*

10. Exterum, sicut Jure spectato Sa-
cristae, sic & Custodis, illò inferioris,
officium nec dignitas nec beneficium Ec-
clesiasticum, sed tantum ministerium est,
non minuit dignitatem.



TITVLVS XXVIII.

De Officio Vicarii.

Victus Ecclesiae proprio: deinceps alieno nomine ei defer-
vientium munera: & in pri-
mis quidem celeberrimum Vi-
carii Episcopi (& sede vacante Capituli)
Generalis Officium est declarandum.

ARTICULUS I.

De Vicario in Divi- nis, Perpetuo & Tem- poraneo.

SUMMARIUM.

1. Vicarius quis?
2. Alius Natus, alius Datus?
3. Alius in Divinis, & alius Jurisdic-
tio-
nis est.
4. In Divinis Perpetuus Vicarius Cano-
nicè,
5. Ab Ordinario instituitur, previo exa-
mine,
6. Ad presentationem principalis Reclu-
rie cum consensu Patroni.
7. Institutus Parochio equiparatur quo-
ad administrationem & alia
jura.
8. Quoad qualitates & conditiones in-
 illo requisitas,
9. Stabilitatem & vacationis induc-
tio-
nem.
10. Administrationem totam babet
principali presente,
11. Et resiente curam tantum habitua-
lem,
12. Nominandi & fructus percipiendi ju-
ra conservantem,
13. Vicarius Temporaneus ex variis cau-
sis,
14. Ad breve à Parocho liberè:
15. Ad longum tempus cum consensu
Ordinarii constitui,
16. Et removeri ad nutum potest.
17. Vicarius, si Perpetuus ad breve tem-
pus Vicarium sibi substituere:
18. Si Temporaneus est, cooperatore
solùm assumere potest:
19. Nisi consuetudo Vicarii constituendò
jus ipse concedat.

Vicarius in genere, ut ipsa nomi-
nis, à vocabulo *Vice*, deriva-
tio indicat, est, qui vices gerit
alterius, mortui, abscentis, vel
quod minus muneri aut rebus suis inter-
esse aut supereesse ipsem posset, aliter
Cc cc 3 impedi-